Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26325
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ita est. Noli mirari quisquis es. quicumque carnalibus concupiscentiis cedis atque
consentis. quia et bonas putas adexplendam libidinis saturitatem. et certe
sic iam uides malas. ut eis tamen cedendo consentias. et quod ducunt sequaris.
ea quamala suggerunt perpetres. totus carnalis estu. tu quisquis talis et tot
carnalis es. Si autem concupisces quidem quod lex uetat cum dicit non concupisces. ser
uas tamen aliud quod idem lex iubet. pro concupiscentias tuas non eas. mente
spiritalis es. carne carnalis. Aliud enim concupiscere. aliud pro concupisci
tias suas nire. Non concupiscere omnino perfecti erit. pro concupiscentias suas
nire pugnantis est luctantis est laborantis est. Vbi feruet pugna. iam qre
desperatur uictoria. Quando erit uictoria. Quando absorbebit mors in uic
toria. tunc et uox erit triumphantis. non sudor pugnantis. Que
futura est uox illa triumphantis. Cum corruptibile hoc induerit
incorruptionem. et mortale hoc induerit immortalitatem. Videt
uictoriam. audi exultantem. expecta triumphantem. Tunc fiet ser
mo quem scriptus. Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors con
tentio tua. Vbi est aculeus tuus. Vbi est. Ecce erat et non est. Vbi est
mors contentio tua. Ecce mortis contentio. Scimus quia lex spiritalis est.
ego autem carnalis sum. Siquidem de se ipso apostolus dicit. si dico non firmo. si
apostolus dicit. scimus quia lex spiritalis est. ego autem carnalis sum. mente et
spiritalis. corpore carnalis. quando totus spiritalis. Cum seminatur corpus
animale. resurget corpus spirituale. Modo quidem quando feruet mortis
contentio. non quod uolo ago exparte spiritalis. exparte carnalis. expar
te meliori spiritalis. exparte inferiori carnalis. adhuc offigo
ndum uici. magnum mihi nunci. non quod uolo ago. sed quod odi hoc facio.
Quid facis. Concupisco. Et si non concupiscentie consentio. et si pro concupiscentias
neo. tamen adhuc concupisco. utique etiam in ipsa parte ego sum.
Non ego in mente. et alio in carne. Sed quod quis ipse ego. Quia ego in
mente. ego in carne. Non et due naturae contrariae sed ex utroque
unus homo. quia unus dns. aquo factus est homo. Iste quis ipse ego. ego
ipse mente seruio legi dei. carne autem legi peccati. mente non
sentio peccati legi. sed tamen nolle eet in membris meis lex ulla
peccati. Quia quis nolle tamen. non quod uolo ago. sed quod odi illud